Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40188
Copyright: Melk, Benediktinerstift



chri vigilantibus oculis explorabat
si forte te alicubi videre posset quem
ferventi desiderio querebat Iam cer-
te semel et iterum ingressa sepul-
chrum viderat. Sed minus amanti satis
non erat virtus enim boni operis
perseverancia est Et quia preceteris dilexit
et diligendo flevit et flendo que-
sivit et querendo perseveravit Ideo pri-
ma omnium te invenire et te videre teque
alloqui meruit Et non solum hec
sed etiam ipsis discipulis gloriose resurrec-
tionis tue premuncia exstitit te precipi-
ente et clementer monente Vade et
dic fratribus meis ut eant in galileam
ibi me videbunt Si ergo ita fle-
vit et in fletu perseveravit mulier que
viventem cum mortuis querebat. que te

manu fidei